✠

SVpponitur in facto D. Marchionem pensionarium fuisse dispensatum à Sanctissimo anno 1612. vt licèt Subdiaconus posset matrimonium contrahere cum D. Anna de Eril.

Secundò, anno 1613. vt licet in habitu sæculari incederet, & matrimonium contraheret, posset retinere pensiones, donec sufficientes Caualleratos Lauretanos emisset.

Tertiò, fuisse dispensatum anno 1633. stante morte dictæ D. Annæ, vt posset denuo nubere.

Quartò, D. Marchionem esse ad scriptum inter milites Lauretanos gaudentes priuilegio, vt etiam si primò, & secundò: etiam si cum vidua nubantur posint tamen retinere pensiones.

Quæritur modò an expirauerit pensio dicti D. Marchionis, per secundum contractum matrimonij cùm vidua, & an eidem suffragentur priuilegia Lauretana?

1 COntra D. Archidiaconum de Xerez Titularem videntur infrascripta dubia militare; primò quia D. Marchio, vti Eques Lauretanus gaudet priuilegio retinendi pensiones, etiam si cum vidua contrahat, prout clare priuilegia loquuntur.

2 Nec dicatur, dicta priuilegia non comprehendere, nec loqui de Clericis in sacris constitutis, prout est D. Marchio, quia vltra, quod non potuit excogitari Subdiaconum potuisse dispensari, vt nuberet. Respondetur, quod cùm huiusmodi priuilegia habilitem personas sæculares, & præferunt Clericos minorum ordinum vxoratos, vt non obstante matrimonio possunt retinere pensiones, & redditus Ecclesiasticos, nulla ratio potest militare contra Clericos, in Sacris constitutos, perpetuo gaudentes priuilegio Clericali, & consequenter retinẽdi pensiones. Suarez de censuris, tom. 5. disp. 49. sec. 5. num. 7. Quinimò nec repugnat dictæ Militiæ Lauretanæ, vt etiam Sacerdotes eidem abscribantur

tur, & gaudeant ijsdem priuilegijs præsertim cum ad effectum retinendi pensiones nullo ex se ipsis, vti Sacerdotibus indigeant particulari priuilegio, & quotidie in praxi videmus Sacerdotes vti DD. priuilegijs ad effectum transferendi pensiones.

3 Nec obstare videtur eadem priuilegia non posse comprehendere bigamos similitudinarios, qualis allegatur D. noster pensionarius, qui propterea dicitur denodatus omni priuilegio Clericali, ex cap. vnico de big. in 6. & cap nuper eod. tit.

4 Quia negatur dictum pensionarium esse verè, & realiter talem bigamum, vt apparet ex lectura dicti textus in cap. Nuper, ibi: *Tamquam, cum bigamis non liceat dispensari licet in veritate bigami non existant.*

5 Et si respondeatur, talem in Sacris contrahentem priuari tamen omni priuilegio Clericali. Replicatur id verificari quidem in Sacris constituto, qui temere, & nulla præcedente dispensatione matrimonium nulliter contraxerat, & propterea in pœnam attentati matrimonij, quod non potuit contrahi á Clerico in Sacris constituto, priuatur Clericali priuilegio, in casu vero nostro D. Marchio fuit dispensatus, vt licet Subdiaconus posset nubere, & sic nullam pœnam priuationis priuilegij Clericalis incurrit.

6 Et quatenus reputaretur bigamus similitudinarius, tamen vti talis posset retinere pensiones, donec per sententiam declaratum fuerit, non gaudere priuilegio Clericali ob dictam prætensam bigamiam, vt in terminis Castro Palao de censur. p. 5. disp. 6 punct. 8. sub num. 13. vers. Non tamen extendenda.

7 Nec obstare videtur, huiusmodi priuilegia Lauretana suffragari is tantum, qui licitè matrimonium contrahere possunt, & prætendatur D. Marchionem illicitè cum vidua contraxisse, ex quo ad illam non extendebatur dispensatio.

8 Quia respondetur, adhuc non constare de tali nullitate matrimonij, de quà nulla, adhuc præcessit sententia declaratoria, & antequam præcedat, non potest priuari priuilegijs Lauretanis; vt in similibus terminis de Clericali priuilegio dixit dictus Castro Palao loco supra citat.

9 Verùm in casu nostro non agitur principaliter, de validita-

ditate,vel inualiditate matrimonij,sed tantũ de capacitate,vel incapacitate D. Marchionis retinendi pensionẽ, vti Equitis Lauretani vigore suorũ priuilegiorũ concedentiũ retentionẽ pẽsionis Militibus, quomodolibet bigamis,& propterea,ipse non debet cõsiderari,quod sit,vel non sit bigamus,&quod vti talis,an gaudeat necnè? priuilegio Clericali,quia sufficit illi posse gaudere priuilegijs Lauretanorum ad effectum retinendi pensionem, quidquid dicendũ esset,si ageretur de suscipiendis reliquis ordinibus Sacris, vel illorum susceptione impedienda; vt bene distinxit Rota coram Gregorio decis.516. num. 10. & 11. in terminis extinctis pensionis ratione bigamiæ.

10 Hinc etiam cessare videtur,quod dicitur, dictum pensionarium nullam obtinuisse dispensationem obtinendi pensionem post contractum primi, & secundi matrimonij; quia gaudendo priuilegijs Lauretanis, nulla alia opus ei fuerat dispensatio.

11 Respondetur, etiam quoad primum matrimoniũ fuisse specialiter dispensatum à Sanctissimo,vt etiam si nuberet pensionem retinere posset, donec *emisset sufficientes Caualleratos Lauretanos, & frueretur illorum priuilegijs*, ex quibus verbis eligitur, mentem Sanctissimi fuisse, vt post emptos dictos Caualleratos pensionarius eijsdem priuilegijs gauderet,concedentibus retentionem pensionis Militibus vxoratis,etiam cum vidua, ita vt illorum vigore,pensio,nec extincta remãserit per hoc secundum matrimonium.

12 Quod verò Papæ dispensanti fuerit notum D. Marchionem fuisse in Sacris constitutum, satis apparet; quia ab eodem fuit dispensatus, vt licèt Subdiaconus posset nubere, & quidem tam celebri dispensatione intuitu, tum personæ dicti D.Marchionis, tum & olim Eminentissimi D.Cardinalis Zapatæ illius auunculi, cuius etiam contẽplatione post tres menses, ijsdemmet Pontifex eumdem dispensauerat, vt etiam si vxoratus pensiones retineret, *donec tot Caualleratus emisset*; ex quò breui temporis interuallo cum expressione dictæ qualitatis nepotis in qualibet dispensatione repetite, non potuit memoria Sanctissimi excidere, D. Marchionem fuisse Subdiaconũ,& propterea cessare videtur quæuis ex aduerso allegat obreptio, vel subreptio.

ditate, vel inualiditate matrimonij, sed eum de nouo ex capacitate, vel incapacitate D. Marchionis habendum fuisse, qui Equitis Lauretani vigore facultatis pro tempore concessæ retinuit pensionem non obstante sublimitibus, quod non videtur dubium. & propterea, ipse non debet consideari, qui ad secundas transiuit bigamus, & quod virtualis, an gaudeat necne privilegio clerici, quia sufficit, quod gaudeat privilegiis Lauretanorum ad effectum retinendi pensionem, quidquid dicendum esset, si ageretur de suscipiendis reliquis ordinibus [illegible] velorum susceptionem impediendi, vt benedictum Rotæ coram Gregorio decis. 536. num. 10. & 11. in terminis extinctis pensionis ratione bigamiæ.

10 Hinc etiam cessare videtur, quod dicitur, dictum pensionarium nullam obtinuisse dispensationem ad retinendam pensionem post contractum primum, & secundum matrimonium, quia gaudendo privilegiis Lauretanis, nulla alia opus erat dispensatione.

11 Respondetur, etiam quod primum matrimonium initum fuisse ipse [illegible] dispensatum a Sanctissimo, vt etiam in vxorate pensionem retinere possit, donec cessisset [illegible] Cauallerates Lauretanos, & [illegible] [illegible], ex quibus verbis [illegible], nunquam [illegible] [illegible], vt post emptos dictos Cauallieratos [illegible] eorum privilegijs gauderet, concedendo [illegible] pensionis sublimitibus vxoratis, etiam [illegible], ita vt illo vigente, pensio nec extincta remanserit per hoc secundum matrimonium.

12 Quod vero Pauli dispensatio fuerit notum D. Marchionem fuisse in Sacris constitutum, satis apparet; quia ab eodem fuit dispensatus, vt licet Subdiaconus posset nubere, & quidem cum celebri dispensatione [illegible] personæ dicti D. Marchionis, tum [illegible] D. Cardinalis Zapatæ illius auunculi, [illegible] etiam contemplatione post tres menses, ultimo Pontifex eum [illegible] dispensauerat, vt etiam si vxoratus pensiones retinere [illegible] donec tot Cauallieratus emisset, ex quibus [illegible] tertio cum expressione dicta qualitatis [illegible] liberi dispensatione repetita, non potuit memoriam Pontificis excidere, D. Marchionem fuisse Subdiaconum, & propterea cessare videtur, quamuis ex aduerso allegata obreptio, vel subreptio.